

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

H E C Y R A I T

A C T V S Q U A R T I S C E N A II.

S O S T R A T A , P A M P H I L V S .

S. On clam me est mi gnate , tibi me esse suspe
n etiam , uxorem tuam
Propter meos mores hinc abyssē: et si ea diffi
mulas sedulo :
Verum ita me dij ament , itaq; obtingant ex te , qua
exopto mihi , ut
Nunquam sciens commerui , merito ut caperet odium
illam mei :
Teq; ante quād me amare rebar , ei rei firmasti fidem :
Nam mihi intus tuus pater narravit modo , quic pacto
me habueris
Præpositam amori tuo : nunc tibi me certum est contra
gratiam
Referre , ut apud me præmiū esse positum pietati scias .
Mi Pamphile , hoc & uobis , & meæ commodum fa
mæ arbitror :
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi
patre ,
Ne mea præsentia obstet , neu caufsa ulla restet reliqua ,
Quin tua Philumena ad te redeat . Pam. quæso quid
istuc consili est ?
Illi stultitia uicta , ex urbe turus habitatum migres ?
Haud facies : neque sinam , ut qui nobis mater maledi
ctum uelit ,
Mea pertinacia dicat esse factum , haud tua modestia .
Tu , tuas amicas te , & cognatas deserere , & festos dies

Mea



Mea cauſſa, nolo. S. nihil iam mihi ſt̄ec res uoluptatis
ferunt:

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias
iam tenet
ſtudiorum iſtorum: hæc mihi nunc cura eſt maxima,
ut ne cui meæ

Longinquitas ætatis obſtet, mortem ue exoptet meam.
Hic uideo me eſſe inuiſam immerito: tempus eſt con-
cedere:

Sic optume, ut ego opinor, omnes cauſſas præcidam
omnibus,

Et me hac ſuſpectione exoluam, & illis morem geffero.
Sine me obſecro effugere, uolgas quod male audit mu-
lierum.

P. Quām fortunatus ceteris ſum rebus, absque una hæc
foret,

Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. S.
obſecro mihi Pamphile,

Non tute incommodam rem, ut quæque eſt, in animum
inducas pati.

Sic cetera ſunt ita, ut tu uis, itaq; ut eſſe ego illam exi-
ſtumo,

Mignate, da ueniam hanc mihi, reduc illam. P. uæ mi-
ſero mihi.

S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male ha-
bet, quām te gnate mi.

T ACTVS



H E C Y R A

A C T V S Q U A R T I S C E N A III.

L A C H E S , S O S T R A T A ,
P A M P H I L V S .

- L. *Vem cū istoc sermonem habueris, procul
hinc stans accepi uxor:*
*Istuc est sapere, qui, ubi cunque opus sit, ani-
mum possis flectere,*
Quod faciundū fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris.
- S. *Fors pol fuat.* L. *abi rus ergo hinc: ibi ego te, et tu me
feres.*
- S. *Spero me castor.* L. *i ergo intro, et cōpone, quae simul
tecum simul*
Ferantur: dixi. S. *ita ut iubes, faciam.* Pam. *pater.*
- L. *Quid uis Pamphile?* Pam. *abire hinc matrem? minime.*
L. *quid ita istuc?* Pam. *quia*
De uxore incertus sum etiam quid facturus siem. L.
quid est?
Quid uis nisi reducere? Pam. *equidem cupio, et uix
contineo: sed*
*Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id per-
sequar.*
Credo, si non reduci, ea gratia concordes magi' fore.
- L. *Nescias: uerum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,*
Quando hæc abierit: odiosa hæc æta' st adolescentulis:
*E' medio æquom excedere est: postremo iā nos fabula
sum' Pamphile, senex, atque anus.*
sed uideo Phidippum per tempus egredi: accedamus.

A C T V S

